



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd nullus per semetipsum bonus fieri possit. xv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

nati homines, dum esse summa & inuisibilia audiunt, dif-
fidunt an vera sint: quia sola hæc in quibus nati sunt, infi-
ma & visibilia nouerunt. Vnde factum est, ut ipse inuisibili-
um & visibilium creator, ad humani generis redemptio-
nem vnigenitus patris veniret, & spiritum sanctum ad cor-
da nostra mitteret, quatenus per eum viuificati credere-
mus, quæ hic scire per experimētum non possumus. Quot-
quot ergo hunc spiritum sanctum hereditatis nostræ pi-
gnus accepimus: de vita inuisibilium nō dubitemus. Quis-
quis autem in hac credulitate adhuc solidus non est, debet
proculdubio maiorum dictis præbere fidem, eisq; iam per
spiritum sanctum inuisibilium experimentum habentibus
credere: quia stultus puer est si matrem ideo aestimet de-
lucē mentiri, quia ipse nihil aliud quam tenebras carceris
agnouit.

Quod nullus per semetipsum bonus fieri posſit.

Caput XV.

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participa- *Ex decre-*
tionem sui ille donet, qui solus est bonus. Nunquid *Celesti.*
nos de eorum post hæc rectum mentibus aestimemus, qui *pape-*
sibi se putant deberi quod boni sunt, nec illum confide-
rant, cuius quotidie gratiam consequuntur, qui sine illo
tantum se assequi posse confidunt?

De eadem re. Cap. XVI.

Neminem etiam baptismatis gratia renouatum, ido- *Ex decre-*
neum esse ad superandas diaboli insidias, & ad euin- *eiusdem.*
cendas carnis concupiscentias, nisi per quotianum adiuto-
rium Dei, perseverantiam bonæ conuersationis acceperit.
Nam quanvis hominem redimeret à præteritis ille pecca-
tis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem si-
bi quemadmodum posset illum & post ista corrigerre, mul-
ta seruavit. *Quotidiana praestat ille remedia. Quibus nisi*
freti confisque nitamur, nullatenus humanos vincere po-
terimus errores. Necesse est enim ut quo auxiliante vincim-
us, eo iterum non adiuuante vincamur.

De eadem re. Cap. XVII.

Quod ita Deus in cordibus hominū, atq; in ipso libe- *Ex decre-*
ro operetur arbitrio, ut *santa cogitatio, pius censiliū,* *eiusdem.*